

CHRONICA CONRADI
PRESBYTERI, CANONICI
MONTIS SERENI.

Consideranti mihi, rerum præteritarum noticiam utilitati legentium
crebro proficere: nata est voluntas, cum adiutorio Iesu Christi domi-
ni, hoc opus assumere, ut annos à fundatione ecclesie nostre, et
nomina prælatorum, et successiones, et tempora, et gesta ipsorum
colligereem, et narrationem de iis, ut possem competenter ordinarem.
Seniores autem, qui, quod de iis uerum erat, scire poterant, et
quorum dictis, prædicta ueritas fidem faciebat: principio huius
narrationis auctores habui. nonnulla etiam talium ex privilegiis
fundatoris, et aliquorum principum, et ex breviariis, quos in
ueteribus libris sparsim inueni, coagitata, non sine studio
congregau. Rerum quia per pauca hoc uel illo modo de iis
investigare potui, meumq; erat propositum, ut annorum nullus
narratione vacuus remaneret, hoc autem ex paucitate gestorum,
qua inuestigaueram implexi non poterat: non inutile accidit,
quia propria deerant, aliena ^{matriaricis} numerante, et ad eum quem
predixi defecundum supplendum, aliorum gesta et casus exten-
secos, hoc est ad propositum non pertinentes, dignos tamen
memoria, nostris intersecerere. quod etiam usque adeo
seculus sum, ut pene ubique aliena proprijs, pro sola
duntaxat telefatione legentium, permiscerem. Item
autem pro eo, quod scriptorem fortassis ruse contemnit,
siquid utilitatis ex hoc opere consequi valuerit, contemne-
tum pariter arbitetur, quia heretico in se contento utilitas
cophyri ^{nihil} derogat, nec aqua contemnitur quam usibus
hominum plumbi fistula subministrat.

Anno itaque ab incarnatione Domini M.CXXIII.

1124.

In die hunc secunda, praesidente summo pontifice Calisto

Honorii V. II. pontificatus eius anno VI. imperante Henrico briuus

Imp. nominis V. imperij eius anno XIIII. anno ab ordinatione

Albrechtis arch. Alberti primi Magdeburgensis archiepiscopi CCVI. sub

Rochero XII. Magdeburgense archiepiscopo, pontificatus eius

Halla. anno V. anno à fundatione Hallensis ecclesiae IX. Dedito

Dedito.

Mansus finit.